



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Anatholio ep[iscop]o. Cap[itulum]. clxxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse martij occurrētibus **So. lxxx.**



Alexander et ceteri martyres apud apamiam passi sunt. qui vt apollinaris scribit hieropolitanus episcopus in libro aduersus cathaphrigas persecutiōe antonini verri gl'ioso martyrisio coronati sunt. vi. idus martij. Dec Hieronymus in martylogio.

De sancto Anatholio epō. Cap. cxxxix.



Martholus ale

xandrinus natione laodicie syrie episcopus et positus probi et charitatis imperatoris floruit: qui vixit in artibus liberalibus et philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur. Hic opuscula multa non solum religiosis: sed philosophis ipsis ad intrada reliquit: que ad se puenisse testatur eusebius. Cui ingenij magnitudo de libro quem super pascha composuit: et de libris dece arithmetice institutionis potest aperitissime cognosci: qui etiam sanctitate sublimis in pace quiescit. vi. idus martij.

De sancto Attalo abbate. Cap. cxc.



Attalus abbas

monasterij luxonensis. successor fuit sancti colubani abbatis. Qui dum egregie monasterium regeret: quidam ex suis fratribus austeritate vite non valentes sustinere: contra eius preceptum apostatarunt: quorum vnus subita febre correptus: cum ad sanctum attalum venire se posse poptraret. Post modicum extinctus est. Cuius exemplo plurimi ad monasterium redierunt: quidam vero obstinati in apostasi permanserunt: quorum vnus securi percussus interijt: alter i paruissimo flumine necatur. Tertius de nauis in mare concidens submergitur. Cum autem bobisus fluminis inuidias molendinum monasterij et officinas inuaderet mandauit sanctus per sinoaldum diaconem suum fluminis se retrahere deberet. Statimque fluminis alueo naturali relicto per alios meatus adeo a loco illo discessit: vt etiam alueus siccaret. Et cum quidam ex monachis laborando in nemoze casu sibi pollicem precidisset et sepelisset. Sanctus digirum defossum manu applicans: spiritu quoque leniens ad locum suum sanatum reduxit. Quienit in domino. v. idus martij.

De sanctis Virado et socijs martyribus. Cap. cxci.



Viradus: zozimus

alexander: candidus: piperion. et alij eorum viginti cofocij martyres apud cartaginem. pro christi nominis confessione passivictorie triumphum a domino consecuti sunt quibus idus martij. Dec Aldo.

De sancto Gregorio papa et doctore. Cap. cxciij.



Gregorius pa

pa primus doctor egregius ex senatoria stirpe romanorum nobilissima. patre gordiano: matre filia: romana sedis pontificatum tenuit annis. xiiij. mensibus. vi. diebus. et

Qui cum summum prebium apicem in annis adolescentibus attigisset: ac rerum et diuitiarum copia abusus daret: cogitabat hec omnia deserere: et ad religionem se transferre. Sed dum sub probris urbanis habitu mundo desereret: multaque sibi ex seculi cura succresceret: tandem orbatum patre sex monasteria in sicilia construxit: et septimum intra vrbes in honorem sancti andree quibus de proprio large dotatis oibus ceteris pauperibus erogatis. in septimo se fecit monachum sub abbatis disciplina. Ubi ad tantam in breui perfectione deuenit: vt posset iam in perfectorum numero computari. Tantaque districtione corpus suum assuevit: vt in firmato stomacho subsistere vix valeret: et infirmitatem illam quam greci synopim vocant patiens: per horarum momenta qua ad exitum propinquaret. Abbate quoque eius defuncto successit eidem in regimine abbacie. Quadam die cum in studio suo scriberet: naufragus ad eum venit: sibique misereri cum lachrymis postulauit. Cuius sibi sex argenteos dari iussisset et abijt: eadem die iterum redijt sex multa perdidisse et pauca accepisse dixit. Qui cum ab eo totidem argenteos recepisset: tertia die iterum reuersus: misereri sibi importunis clamoribus postulabat. Sed cum sanctus gregorius a procuratore domus nihil dandum preter scutellam argenteam didicisset: illam statim sibi dari precepit. Quam ille accipiens letus abcessit. Postquam autem gregorius ad papatum promotus fuit: die quadam cancellario suo mandauit vt. xij. peregrinos ad conuiuium vocaret. Et dum omnes recuberent: intuens papa. xiiij. numeravit. Et cum cancellario diceret cur. xiiij. contra suum mandatum inuicasset: illeque non ultra duodecim esse assereret. Animaduertit gregorius vnum ex illis crebro vultum mutante: et nunc senem: nunc iuuenem similitate. Finito conuiuio illi in